Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

De distinctione sedecim dierum

Dixit quoq; ds fiat firmamentum in medio aquarum et dividat aquas ab aquis. Aquas scilicet que sunt aere superiora sint. ab aquis que sub firmamento. De qb; dicit: Qui tegis aquas superiora eius. Aqua autem hic de firmamento sydereo. quod de aquis esse factum credi potest in modum crystalli sicut beda ait. licet alii dicant celum quod excedit aeris spacia. ignei nature esse. qb; et astipulare videtur aug. Sed quod cum credit fide non legit. quales autem et ad quid ordinate sint super firmamentum aque ipse novit qui condidit. Denique dicit firmamentum non propter stationem sed propter firmitatem et minuendum aquarum transgressibilem. Notandum et quod in hac die sicut in ceteris non legitur: vidit ds quod esset bonum. non quod ita esset. sed propter aliquod sacramentum commendandum. forsan. ut propinquarum detestationem factum est quod est principium altitudinis et divisionis.

De distinctione dierum tertie

Tercie diei distinctio fuit congregatio aquarum in locum unum. Dixit enim ds. Congregentur aque in locum unum. et appareat arida. Fieri ut potuit ut terra subsidens concavas partes perveniret ut fluctuantes recipiret aquas. et fieret arida et apta germinibus. Aque autem omnis cum in locum unum congregate propter magnum mare unde exeunt et ad quod redeunt. Dicunt et congregationes aquarum propter multitudinem sinuum et plurima earum derivationes. ex eodem mari. Ecce his qualiter prima die creata sunt lux que cuncta illustraret. et secunda firmamentum factum quod dividet aquas ab aquis. tercia demum die aquarum molibus intercepta cuncta collectis terra revelata est atque aer serenatus. tribus quoque primis diebus elementa mundi distincta sunt. tribus vero sequentibus fade ornata existunt. de quo nobis videndum est.

De ornatu.

Celum quoque ornatum in quarta die sunt luminaria. Dixit ds fiant luminaria in firmamento celi et dividant diem ac noctem. His namque pulsum est hominibus ut circumeunte sole. diei noctisque vicissitudine poterent solata et luna ac sydera. ne nox indecora remaneret. De quibus etiam subdit. et sint in signa. et tempora. et dies et annos. Quod dictum est non quod quarto die primum cepissent tempora. sed quia signa serenitatis et tempestatis et usitate distinctionis dierum et annorum et quatuor anni tempora. scilicet hyemem et autumnum.